



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

### **Antonii Bynaei de Calceis Hebraeorum Libri Duo**

**Bynaeus, Anthony**

**Dordraci, 1682**

Pariter ... apud LXX. interpretes 138. & caliga apud Vulgatum.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-12835**

138 De CALCEIS HEBRÆOR.

*solea* usurpatur. Id ex eo non tantum constat, quod laminas ferreas quibus solebant cunas & puerorum lectulos circa pedes munire, Talmudici vocant סנדל של עיסה *Sandalium lecti*. & equorum soleas סנדל נחמה של מחנה *Sandalia jumentorum ex metallo*, verum etiam quod *soleam*, piscem marinum, סנדל apellant. Exstat ea vox pro pilce plano, quem *soleam* Latini vocant, in codice Nidda, de qua R. David Coen de Lara ad vocem סנדל : סנדל דג דומם לסנדל : סנדל G. σενδάλιον *L. piscis, qui Latine solea, ut Plin. & lingulaca, ut Plauto.* Unde, cum Jonathan & Targum Hierosolymitanum pro Hebræo סנדל habent סנדל vel סנדל, quæ vox non nisi *soleam* significat, ex vulgato usu, quem ex Græcorum lingua retinuit, manifestum est סנדל ipsos pro *solea* sumpsisse. Neque aliter veterunt LXX. Interpretes, qui pro סנדל aliquando habent σενδάλιον, aliquando ὑπόδημα. Et quidem σενδάλιον non nisi *soleam* esse constat satis. ὑπόδημα pro calceo cavo sæpe quidem sumitur apud Græcos scriptores, attamen hoc discrimen

Oholoth.  
cap. 12.  
Kelim  
cap. 14.

Nidda  
fol. 25.  
R. David  
Coen de  
Lara Loc.  
cit.

men non agnovisse LXX. Interpretes vel ex eo videre est, quod idem nomen Hebræorum  $\text{לְוִי}$  modo  $\text{ἐπόδημα}$  modo  $\text{σανδάλιον}$  reddant, quomodo & Josephum vocasse  $\text{σάνδαλον}$ , quod LXX. verterunt  $\text{ἐπόδημα}$ , observare licet in ea Lege, qua jubetur vidua, quam ducere recusat defuncti mariti frater, Leviro calceum exuere. Eam Legem LXX. interpretes transfulerunt:  $\text{Καὶ προσελθῆσαι ἡ γυνὴ τῆ ἀδελφῆ ἑναπὶ τῆ χειρῆς, καὶ ἀπολύσει τὸ ἐπόδημα αὐτῆς τὸ ἐν ἀπὸ τῆ ποδῆς αὐτῆς.}$

Deut. 25. 5.

Josephus vero:  $\text{ἐπολύσει αὐτὸν ἡ γυνὴ τῆ ἀδελφῆ τὰ σάνδαλα:}$  uti & Talmudici in hoc negotio vocem  $\text{לְוִי}$  usurpant, quod totus liber Javammoth de jure leviratus manifeste docet, & quicumque alii de ista materia scripserunt. Confirmat Vulgatus, qui licet aliquando *calceamentum* vertat, sæpe tamen habet *caligam*. *Caligam* vero, militare calceamentum, uti jam nemo ignorat, ex sandaliorum vel solearum genere fuisse, satis ostendit caligarum forma, quam ex antiquis monumentis & marmoribus viri doctissimi dederunt. Formam

Joseph.  
Ant. jud.  
lib. 5.  
cap. 11,

*caligæ.*

Licet. de  
Lucernis  
lib. 6.

Nigr.  
differt de  
caliga.  
Castalio.  
observ.  
Dec. 2.  
cap. 4.

Hier. in  
Ies.

Act. 12. 8.

*caligæ* sub lucernæ specie insignis Philosophus Fortunius Licetus jam dudum exhibuit. Eandem expressam ex ingenti columna marmorea Trajano Imperatori erecta, quæ Romæ edita est cum explicatione Alphonsi Ciacconi, dedit Julius Nigronus, qui ex arcu Constantini, unde Josephus Castalio caligam expresserat, eandem delineatam quoque repræsentavit. Figuram caligæ sub lucernæ specie, & qualis cernitur in columna Trajani & arcu Constantini hic apposuimus, cum caliga, si sine clavis spectetur, optime exhibeat figuram solearum, quas Hebræi gestarunt. Cum itaque *caliga* sit ex solearum, sive sandaliorum genere, unde in Glossis *σανδάλια caligæ*, & Hieronymus *Depositis*, inquit, *calceamentis, quæ septuaginta σανδάλια, id est, caligas vocant*: & Vetus interpres *hujus caligas* vertat, uti & *σανδάλια caligas* reddidit, sane videre est eum putasse Hebræum *hujus* non nisi *soleam* esse, quale calceamenti genus noverat caligam fuisse.

VI. Id ipsum confirmari vehementer